

No. 1044. 1459. 25. Sept.

Johannes Werder Domprobst zu Merseburg ermahnt als vom Pabst ernannter Executor bei Androhung des Bannes und Interdicts im Falle des Ungehorsams den Bischof von Meissen, dessen geistl. Vicar und Generaloffizial, sowie die Pröbste, Decane und Capitel der Kirchen zu Meissen und Wurzen unter abschriftlicher Mittheilung der Bulle P. Pius II. (No. 1041) hinsichtlich des in dieser genannten Theodericus Stede, den er zu einem geistlichen Amte und Canonicat bei einer Collegiatstiftskirche ohne Seelsorge für wohlgeeignet erklärt, binnen eines Monats der päpstlichen Anordnung nachzukommen, und befiehlt ad executionem praemissorum ulteriorem — quoad praesens aliis arduis in Romana curia legitime praepeditis negotiis personaliter interesse unter derselben Bedrohung der gesammten Geistlichkeit der Meissner Diöces, dem Theod. Stede oder dessen Bevollmächtigtem auf deren Ansuchen in dieser Angelegenheit behilflich zu sein. Datum et actum Merßburg in curia nostrae habitationis — die vicesima quinta m. Sept. — praesentibus hon. et discreto viro Balthasar Messersmit vicario Merszburgensi et Nicolao Rusz clerico Halberstadensi testibus etc.

Signum Et ego Johannes Blume clericus Merseburgensis publ. s. imper. auct. notarii. rius etc.

Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

No. 1045. [1460.]¹⁾ 25. Mai.

Klagschrift des Pfarrers Joh. Boytitz zu Liebenwerda über Rechtsverweigerung, erlittene Mishandlungen und harte Gefangenschaft auf Stolpen.

Venerandi praestantissimi patres et egregie domine doctor. Illud quod in tempore paschali in epistolari officio de sanetis legitur in salutationem. Constat quomodo quasi per annos sex Henricum Bircken, qui se scribit dominum in Molberg, pro patrimonio meo et etiam prompta pecunia sibi et patri suo mutuata coram domino Misnensis ecclesiae decano et etiam Misnensis ecclesiae praeposito, coram universitate Lipzensi, circa sedem apostolicam et etiam similiter coram iudicio domini principis in Misna, vulgariter vnder dem rotenthorne iudicialiter impe[tivi]. Tandem post magnas expensas pro literis processibus et etiam sententiis per scabinos in Lipzk dictatis expositis et factis, quare summa ultra capitalem pecuniam et alia dampna se extendit ultra ducentos aureos, fuit arbitratum in dominum Misnensem et prorogatum est quasi per annos tres. Ego nunquam coram aliquo iudice aliquam potui consequi iustitiam, ego etiam quasi per annos quinque saepius requisivi dominum Misnensem et etiam dominum decanum praelatum meum cum privilegiis et litteris fortasse sex vel septem episcoporum supplicando humiliter, quatenus in tantum efficere vellent propter iustitiam suis auxiliis et iurisdictione ecclesiastica — ego semper usque ad praesens inaniter laboravi. Tandem dummodo notavi, quod utique nullus praelatorum

¹⁾ Da die Mishandlungen, welche Kläger erfuhr, ihm am Freitage nach dem 25. Jan. (Pauli conversio), kurze Zeit nachdem er das kurfürstliche Hoflager in Torgau besucht hatte, zugefügt wurden, Kurf. Friedrich II. aber, der nur selten nach Torgau kam, am 21. Jan. 1460 dort residirte und auch der Decan von Meissen Geo. v. Haugwitz dabei anwesend war (Kreysig Beitr. IV. 352), ist wahrscheinlich dieses Schreiben 1460 erlassen worden. Hinko Berka von der Dube auf Mühlberg starb um 1468. Hasche Magazin IV. 325. 403 ff.